



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Seculum IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

meratum circa annum 221. Etiam scriptores Lutherani scribunt.
Annis 15. Moguntia Episcopus pugnavit. *Vide Cochleum, & Sueton.
de monte Martis.*

| | | | |
|-------|-----------------|-----------------|-----|
| X. | S. Saphronius. | / | 8. |
| XI. | S. Herigerus M. | / | 4. |
| XII. | S. Rutherus M. | <i>Sed. an.</i> | 20. |
| XIII. | S. Avitus. | / | 22. |
| XIV. | S. Ignatius M. | / | 13. |
| XV. | S. Dionysius. | / | 26. |

SECULUM IV.

| | | | |
|-------|----------------|---|-----|
| XVI. | S. Ruthbertus. | / | 12. |
| XVII. | S. Adelhardus. | / | 10. |

XVIII. S. LVCIVS.

S. Lucius II. cognomento Annæus natione Romanus, Ari-
anis in Catholico orbe propemodum universo jam tum
invalescentibus non unum tantum posuit obicem & statuit
aggerem; quare ab eorundem armatis partibus ligatus, & mox
in exilium ejectus, mortem oppetiit gloriosam, in Phrygia unà
cum duobus sociis Sacerdotibus Paulo & Crescentio fune suffo-
catus. Igitur tum inter vivos, tum mortuos iis promeritus est
extolli encomiis, quibus Lucium persecutus est *Trithemius* in gestis
S. Maximi vocans eundem *Virum Apostolicæ atque Sanctissimæ vitæ.* Sedit
an. 18. *vide Surium in vita S. Maximi.*

XIX. S. Ma-

XIX. S. MAXIMVS.

S Maximus Moguntia sub initium Seculi IV. ex honestis iisque Christiano Dogmate imbutis parentibus natus & educatus, inter æquales suos quæ literis, quæ probatis moribus emittit. Scientiis dein exornatus & virtutibus, ac inter Sacerdotes adscriptus D. Adelhardo se reddidit gratissimum. D. Annæo adversus Arianos pugil accessit ore, calamo, & opere potentissimus: unde cum in exilium pulso Annæo ægrè adversus violentas hostium manus & insidias ab amicis fuisset servatus Maximus, nemo præ ipso Episcopus Moguntia placuit. Non humano magis quàm divino consilio constitutum Supremum Moguntinorum Præsulem fuisse eventus rerum comprobavit multiplex; Constantius enim ex Constantini M. filiis superstes solus, Arii errores adversus manifesta etiam miracula pertinaciter tueri perrexit: unde non nisi re & nomine maximis opus erat adversariis, qualem se contra Cæsarem ostendit in Oriente D. Athanasius, in Occidente D. Maximus cum sociis Episcopis. Lubeat hanc in rem ex Surij & Trithemij multis verbis non pauca decerpere, quæ ita habent: *Non est eo tempore inventus apud Germanos pontifex doctior sanctiorque Præsule Maximo, qui tanta sub innocentia & eruditione scripturarum legere ferraret excelsi, quoniam & hæreticorum errores verbis & scriptis constantissimè redarguit, & fundatus supra firmum Petrum divini amoris nullas eorum persecutiones formidavit. Septies tempore sui Pontificatus ab impiis Arianis urbe Moguntina pulsus est: septies quoque divinâ providentiâ restitutus, nunquam dejectus animo, nunquam victus aut superatus. Multa alia in laudem Clericorum ejus temporis maximam descripsit Serarius ex Surio & Trithemio; horum prioris vide pag. 241. & seqq.*

XX. Sidonius I. sed. an 19. sub D. Felice, Liber. & Damaf.

XXI. Sigismundus, 6. sub D. Siricio & D. Anastasio.